

170

1. Br

fa

β

2nd

3. Br

ar

4. Br

ar

5. Br

Ja

16

2

6. Br

1.

1707.

1. Bierius, Adrianus; collegii iuri' dic'i decanus: De incognitabili: Programe (lectionis ausprivali) Ejusdem Plenariae (praemissum).
- 2^o et 3^o Braun, Mabb. Nicol.: De poena conventionali maxime in malitiosis alsibus. 25 sept. 1707 - 1751.
3. Bruckner, Thiel Hieronymus; collegii iuri' dic'i decanus: ad lectionem cursoriam Bonaventurae Adulpari Frisi iniitiat.
4. Bruckner, Gustavus Hieronymus: De differentiis processus criminalis accusatorii et inquisitorii.
5. Bruckner, Thiel. Hieronymus, Fac. iuri' dic'i decanus: De concilio iurisperi, cuius in jure causonis c. 2. cap. 16. qd. 4. f. mentio. Programe, lectionis cursoriae Thomasi Galliici Goering praemissum.
6. Bruckner, Gustavus Hieronymus: De differentiis processus iuris ordinarii et summarissimi.

1707.

7. Bruckner, Quib. Hieronymus; Fr. iur. decanus: Faco-
rabilitia et adisa iuris, potissimum quemadmodum
una abeundenda, haec distingenda veniant. Pro-
gramma, lectioni cursoriae Iohann. Philippi Matthiae
praemissum.

8, 6, c Bruckner, Quib. Hieronymus; decanus Fr. iur. decan:

In confessionatione bonorum in delictis. Programma,
lectioni cursoriae Iohannis Schmidtlin premissum.

35 semp. 1707, 1735 & 1753. Ed. 1753. accent: De
homicidium absque animo necandi sit capitale?

Et unde probatur is animus?

9. Bruckner, Quib. Hieronymus, Prodecamus Fr. iur. decan: 16. Tomus

De obligatione pactorum iudiciorum iusta ius civile

— Programma, lectioni cursoriae Iohannis Wolt 1749 = 2
leben Thilo premissum.

10. Fries, Fr.: De falso et rationibus legum mosai-
carum generalibus.

1707

11. J

2

12. 2

13. C

14. 2

15. 2

Li

17 d.

18. 2

1707.

- Fabo - 11. Friesen, Iohannes Bernhardus : De cunctione venditione
donacionis causa.
- Fr. Pro - 12^o ab Eustachius, Ephremus : De lege Furia Canina a
Eustachius sublata. 2 Scrupl.
- in die 13. Humannus, Christophorus Augustus : De miraculis Ver-
paniani Imp. Rom.
- num, 14^o b. Kress, Dr. Paul : Utrum Josephus fuerit Deda-
marius? 2 Scrupl.
- artale 15. Luciferus, Christianus : De fundamento legum natura-
rum contra materializiam Euripiatis.
- juri Nov. 16. Schroderus, Christophorus Facetus : De rusticis erudi-
tione claris
- uni Wst 17^o ab Schröderus, Th. Christianus : De curatore fundi
= = 3 Scrupl. 1707, 1715 & 1741.
- Kosai - 17^o d. Sterngius, Jo. Hadrianus : De rusticis.
18. Sterngius, Jo. Philippus : De argumentis legum
caute formandis

1707.

19¹st Seragius, Dr. Philippius: De pensione han-
emite. 2nd part. 1707 - 1758.

20. Seragius, Dr. Philippius: De vera iuri: iuris
iz istem indebet et natura

7922.

AI

CVR

PR

PP.

7922.

1707, 1

1

ADRIANI BEIERI, D.

PANDECTARVM PROFESSORIS
PVBLICI ORDINARII

CVRIAEC PROVINCIALIS ET SCABINATVS
ASSESSORIS.
COLLEGII JVRIDICI HODIE
DECANI

DE

INCOGITATIS PROGRAMMA INAVGVRALE, PP. DOM. XX. POST TRIN. D. VI. NOVEMBR. MDCCVII.

J E N Æ,
LITERIS WERTHERIANIS.

Es. Pfarrheil

pt ad. Tostate

AUERBACH BEIERI E.

ANDREAS TAURO PROLATORIS

PARISIENSIS

CHARTA PROVINCIALIS ET SCARINATAS

ASSISTENS

COTTERONI HABITACI HEDRI


DE CAVI

INCAGLIATIS

PROGRAMMA INAGARVE

OMNIA FESTA TUMULUS MUSICA MEDICALIS

THEATRUS MUSICALIS



ELLS, sapientissimus ut rerum omnium, sic naturæ humanae Architectus; non corpus modò diversis membrorum ad quemvis usum generibus formavit; verum, quod aestimandum magis, anima instruxit rationali, hospitâ non forte otiosa, sed opidò activâ: quæ non contenta, corpus inhabitatum rexit, nisi res extra istud consideret omnes, ad invicem ponderet, eventus prævideat futuros, ac prout quæquam invenerit, seu probet appetative negotium obvium, seu repudiet. Id quod Cogitare, Meditari, in sensu absoluto: Opinari, Putare, Destinare atque Intendere dicimus, in sensu relativo: Præter illa, si quid contingat, Non cogitata, Inopinata, Casus fortuitos, inopinatos, Res insperatas, Noviter emergentia, novò auxiliò indigentia, vocare solemus. Qui ergocunque res suas salutariter agere, sibi que bene cupit prospicere, Thesaurum hunc ereditum sibi probè observato, eoque rite utitor! sic, ut negotium non exordiatur ullum, sive domesticum, solum attinens

se ipsum, sive ad commercia cum aliis exercenda pertinens, nisi benè præmeditatum: Quin id ipsum cum suis circumstantiis, præsentibus an futuris, attente ponderato! Quod enim eorum tum non cogitavit, id postmodum implicare & ad se trahere, sibique applicare, tanquam neglectum semel, haud permittetur: Est quippe in non cogitatis: quæ autem sunt supra nos, ea nihil ad nos.

Sunt autem suæ cogitandi leges atque limites, quos suggerit cuique aut Ratio naturalis: quam clypeum esse Baldus dixit optimum, in *l. un. C. de Caduc. toll.* vel etiam Amici prudentes atque candidi, negotio fortè præsentes, qui Partes contrahentes admonent: Unde quoque illud habetur pro disposito, quod verisimiliter dispositum fuisset, si contrahentes de his fuissent interrogati vel moniti. Voluntas enim disponentis censetur inesse casui omisso, tali verisimilitudine subsistente: si. ve, Rebus in eodem statu permanentibus. *l. Tale pactum 40. §. f. ubi Gl. & Dd. ff. de Pact. Richter. vol. 1. part. 2. Consil. XXXIV. n. 27. fol. 187.* Partim denique *L. Lator civilis:* quod enim Lex disponit, hoc etiam cogitasse contrahentes, præsumitur. *l. 8. ubi Gl. ff. de Jur. dot. l. 38. ff. de Acquir. vel omitt. her. Richter. d. l. n. 16. f. 186.* Quibus, ubi conformiter se gesserant, in Pactis & Stipulationibus omnes isti casus reservati habentur, quos Partes verisimiliter exceperint, si de iis cogitassent *l. 40. §. f. & ibi Gl. & Dd. ff. de Pact. l. 25. §. Lucius 1. ff. de Lib. & posth. Riccius. de Un. prol. Cap. VI. infin.* Casus reservantur in pactis, quos forte exceperint Partes. Georg. Mundius, *vol. 2. Consil. XXII. n. 293.*

Eum

INCOGITATA.

5

Enimvero, dantur casus, Cogitationem humanam, seu supergredientes seu elidentes, quos Fortuitos dicimus nos, Improvisos atque Insolitos. Imperator noster in Nov. LXXII. cap. V. in f. INOPINABILES. Da man nicht uff hab dencken können. Fingas, emisse quem pacis tempore prædium quoddam; sub pactis consuetis, quæ inter erat & hoc: Liberum id esse ab oneribus, præterquam tolerabilibus collectis domiticis; At, hæc bellò exorto in mense augebantur singulos; ut emitori tandem evaderent intolerabiles; quare, de præstanta evictione adversus venditorem ex l. 2. C. de Ref. vend. experiebatur. At enim, reputatur hoc in casibus fortuitis, de quibus contrahentes ne cogitasse videntur. Non enim pacta & conventiones trahendæ, prorogandæ sunt ad non cogitata. l. 9. §. 1. & f. ff. de Transact. Est que procul dubio casus noviter superveniens improvisus; de quo, si cogitassent, illum vel manifestis verbis expressissent, vel exceperissent. Carpz. Lib. 5. Resp. XLV. per tot.

Verus autem Casus Fortuitus est, quem nullum consilium humanum prævidere potest. l. 2. §. si ex tempore 7. ff. de Admin. rer. ad civit. pertin. Georg. Mundius vol. 2. Condit. XXII. n. 22. seq. ubi tractat speciem facti, quo debitor ad persolutionem pecuniae prius obligatum se non ajebat, quam & creditor restitutus pignus; quod hic tamen incursu amiserat hostili. Qualis casus dicitur improvisus. l. à procuratore. 13. ff. Commod. item Fatalis. l. 5. C. de Appellat. Suntque prope innumeri: v. g. Mors animalium, Fuga servorum, Incendium, Tumultus, Rapina, quin & Furtum, si prævideri

X 3

non

INCOGITATA.

non potuit. Carpz. ad p. 2. C. XXVI. d. 15. addas: & præcaveri & impediri. Richter. v. 2. Consil. CCLXI. n. 5. ubi de Cane rabioso, infantem lædente: quin alio etiam, in ovile irruente, atque oves ad quadraginta mordente dilanianteve: laudatus modò Carpzov. p. 2. C. XXVI. d. 16. Sunt præter hos alii, v. g. Monetae devaluationis, Richter. vol. 2. Consil. CCII. n. 16. fol. 21. quæ graviter casu quodam tangebat pupillum; cuius Tutor, tempore tamen quo monetae valor omnino erat integer, chirographum in Species conceptum extradiderat, quarum valor interim ad sextuplum excreverat; adeoque restitui adversus Tuteorem in integrum desiderabat; at spe ipsum excidisse refert. Idem Richter. Decis. XIII. num. 8. f. 133. Nec minus referenda huic Metatorum, seu hospitiorum, quæ militibus debentur, præstatio: qua de vid. cund d. Decisione LXXXI, n. 14. fol. 178. & plures insuper.

Quos inter tamen discrimen constituant Interpretes, atque alios faciunt solitos, ac frequentes, alios insolitos atque rariores, de quibus minus cogitari solet atque potest: alios item mediocres atque ita tolerabiliores; alios enormes atque graviores, qualis ille proximus in devaluatione monetae: quorum parcior erit interpretatio, ut infrà sequetur. Cum primis Carpz. ad p. 2. C. XXXVII. d. 17. n. 8. quosdam facit Insolitissimos; quos Exorbitantes dicit Richterus, atque extraordinarios vol. 1. part. 2. Consil. XXXIV. n. 23. fol. 189, quale putamus Factum Superioris, qui casus non tantum est plenissimè insolitus & non cogitatus, sed etiam habetur pro vi majori, cui resisti non possit. Id. ib. n. 46. Nec tenebitur ergo Venditor de evictione, quæ contingit ex facto

INCOGITATA.

7

facto Principis l. *Lucius. ii. pr. ff. de Pacz.* quia factum Principis inter casus insolitos reputatur: prout in facto contigisse leges apud Carpzov. *Lib. 5. Resp. XLVI.* ubi Princeps à Nobili quodam redemerat venationes, pro pensione annua; & quando hic prædium cum annexis juribus alii vendiderat, pensionibus cessantibus, emtor evictionem adversus venditorem instituebat; at ex hac ipsa causa repulsam patiebatur. Idem insuper distinguere jubet Casum Fortuitum ab Improviso: *pr. Cr. Qv. V. n. 33.* Dum Fortuitum nulla præcedat culpa; adeoque nec ordinaria locum habeat poena. In casu autem improviso quandoque præcedat culpa, quandoque etiam dolus: cui rei adfert exemplum in Custode sive Ædituo, qui post homicidium casuale relictus toleratusve fuerit in ministerio. *Jprud. Consil. Lib. 3. def. CCXXXIII.*

n. 17.

Quando igitur casus ejusmodi inopinati eveniunt, mirum videatur nemini, si negoria interturbentur, donec nova inveniantur Consilia. Ait hoc ipsum Ulpianus in l. 4. §. 4. ff. de Off. Pro Consil. Plerumque enim, inquiens incerta hæc & inopinata turbant provinciales; consulitque Proconsuli distinctum, per edictum Prædecessori suo adventum suum maturè denunciare. Estque ratio in promptu, quia superveniens casus enormis, de quo cogitari non potuit, formut alium rei statam; atque adeò priora ista hue haud quadrant. Quod pertinet, quod Actor injunctam per sententiam Cautionem juratoram, superinductis post eà fideiussoribus, declinare nequeat. Carpz. *Process. Fin. ff. c. n. 36. c. 2. Ex LXXX. 19.* Voluntas enim disponentis censemur inesse casui omisso, tali

veri-

INCOCITATA

g verisimilitudine subsistente: at verò facies pristina nunc fuit mutata. Atque inde est, quòd hodie quibuscumque debitoribus infortuniò belli, aliisque calamitatibus & casibus inopinatis ad incitas redactis & depauperatis, ad beneficium competentiæ, sine exceptione deductionis recurrendum. Carpz. Process. Tit. XXV. Art. 6. n. 36. Tandem, licet protractiones litium sint odiosæ, nec facile indulgendæ; si tamen aliquid inopinatum emergat, dilationem dandam, Ulpianus librò primò de Officio Consulis ait. l. 7. ff. de Fer. Ex opposito, Cogitatio sola ad justam causam haud prodest; Nemo sibi causam possessionis mutare potest. conf. l. 48. ff. de Usurp. & usuc. in fin. vid. Donell. Comment. Lib. V. Cap. 15. fol. 200. b.

Dicebamus modò, Insolitorum atque incogitatorum strictiorem esse interpretationem: Casus quippe insoliti, in consequentiam non sunt trahendi. Nulla omnino dispositio, nulla obligatio, quantumvis generalissimis verbis concepta, ad incogitata trahatur: Cùm contrahentes nunquam credantur ad incogitata suam voluntatem extendisse, ac tam laxè & effrenatè se obligare voluisse, ut nostri loquuntur. l. cum Aquiliana 5. ff. de Transact. Ampliatur (1) ut nec Juramentum quidem trahatur ad non cogitata; vel, ad quæ jurans verisimiliter se non obligasset, si fuisset expressum. c. Quintavallis. 23. de Jurejur. c. Cum juramento. 4. & ibi gl. x. de Homicid. Non obstante, quasi sufficiat: In genere cogitatum esse; quo de latè Gabriell. Commun. concl. Lib. 6. de R. J. concl. 4. Respondetur enim: Quilibet potius de juris communis dispositione cogitasse, & eidem

INCOGITATA.

9

dem se conformare voluisse præsumitur. *I. Si duo 38. ff. de Acquir. her. Cravetta Conf. XXXVII. n. 18.* Richter. dicit. *Conf. 34.* ubi *n. 38. n. 57.* præsertim casum excipit, quando læsio superveniens adeo fuerit insolita, ut de ea verisimiliter contrahentes, & ex iis præsertim is, qui se obligavit, tempore conventionis cogitare nequiverit. Unde, licet Cärpzov. *ad p. 2. C. XXXVII. d. 17. n. 8.* dicat: Si quis casuum fortuitorum omnium præstationem in se receperit, tenebitur etiam de insolito; maximè, si tam de cogitatis, quām non cogitatis proponitur tractatum: jam retrò tamen, *p. 2. C. XXVI. d. 8.* casus excepit insolitissimos ac rarissimos.

Ampliatur porro (2) doctrina de stricta casuum insolitorum interpretatione, si negotium recidat in delictum. Licet ergo nonnulli videantur pueri infantes doli capaces & delinquentes; attamen, cū illud contingat rarissimè; Casus ejusmodi insoliti in consequentiā itahendi non sunt. Jo. Andr. *in cap. 1. n. 4. x. de Delict. puer.* Et, quæ miraculosè sunt, ac nutu aguntur divinō, sub lege non sunt. *c. due. 2. XIX. qu. 2. Carpz. pr. Cr. Qu. LXXXII. n. 3. junct. Qu. CXLIII. n. 14.* Porro (3) etiamsi quis ex pacto speciali casus fortuitos in se recipiat, Non tamen obligatur ad casus proorsus insolitos; & obligatio quantumvis generalis, nunquam intelligitur de insolitis. Richter. dicit. *Conf. XXXIV. n. 45. fol. 189.* Alciatus equidem in suis prælectionibus Avenionensis ad *I. 1. §. 2. ff. de V. O. n. 7. col. 56.* postquam distinxerat actus solitarios, v.g. Testamentarios, à Socialibus, v.g. Contractibus; largiebatur aliquid interpretationi extensivæ ingratiam alterius: mox tamen fal-

)(

lere

ia nunc
cunque
is & ca-
atis, ad
uctionis
. n. 36.
nec fa-
mergat,
Officio
ratio so-
causam
surp. &
15. fol.

ogitato-
quippe
Nulla-
genera-
: Cūm
ta suam
se obli-
ana s. ff.
um qui-
rans ve-
c. Quin-
ibi gl. x.
a generē
m. concl.
Quilibet
, & ei-
dem

INCOCITATA

lere concedit, ubi magna resultaret enormitas, de qua non sit verisimile, à principio Partes cogitasse

Declarat planè idem *d. tr. ad l. 35. §. Filia 4. col. 823.* Fieri posse, ut Transactio pactione ad casus incogitatos possit produci: providè tamen tenus hac agendum videtur, ut ad hoc, ut quis dicatur recepisse in se casus fortuitos, requiratur, ut illos specialiter suscepit. Ad casum fortuitorum exclusionem specifica renuntiatio à legibus requiritur: E licet Locator promiserit facere restaurum, seu remissionem pensionis in Casibus CERTIS, tame in casibus non expressis liberatus non censemur. Richter *Decis. LXXXI. n. 34. fol. 183.*

Elicuit meditationes hasce inopinatò superveniens supremorum in Jure honorum Candidatus veteramus, à foro huc redux,

DN. ESAIAS PFANNSTIEL,

Schmalkaldensis, qui in hac ipsa via, bienniò ante, præambulonem habuit fratrem, quem die Martis 28. Apr. 1707. renunciavimus Doctorem, D. GEORGIVM NICOLAVM PFANNSTIEL, sed paucos ante Menses ad coelestem promotum dignitatem. Natus autem noster hic in prælaudata urbe, Martiali hac ætate florentissima, Mense Februariò, anni superioris seculi supra septuagesimum, sexti: Patre Dn. JOHANNE PFANNSTIEL, consulari dignitate spectabili, ac rerum metallicarum Actore primario. Matre ANNA CATHARINA, natâ FINKIA, foeminâ matronalium virtutum conspicua. Quem filium, ut peculiare DEI donum à prima statim ætate, ad pietatem virtutesque alias, cum per Manuductores

do-

INCOGITATA.

11

domesticos, tum Præceptores publicos, donec ad primam usque classem adscenderet, omni solicitudine educari curarunt. Integrò etiam sexenniò, quo usque Vir clarissimus Dn. JOHANN HENRICVS HESSIVS directorem Scholæ agebat, eandem frequentavit. Ex quo verò ille Lubecam vocatus abibat, informatione privatâ usus noster, donec rei scholasticæ Gubernatores, Dn. D. NEÜNES, Ecclesia Augustanæ confessionis Inspector, itemque Dn. Consiliarius Hasso-Casselanus CLEMENS. Dn. Archi Diaconus REINHARD, & Dn. Diaconus CLEMENS, præviò examine idoneum ad altiora unanimibus votis, declarabant, ac publicò encomiò dimittebant. Pelliciebant ipsum Athenæ nostræ Salanæ, ubi frater ipsius, GEORGIVS NICOLAVS PFANNSTIEL Prudentiæ Juris cum laude litabat, atque die Martis, qui vicesimus erat octavus Mensis Aprilis anni superioris millesimi septingentissimi quinti gradum Docturæ inde reportabat, sed paucos ante Menses ad cœlestia gaudia translatus fuit. Noster appulsus huc, licet animum studio Juris dicasset pariter, à Philosophia tamen exordiri duxit conveniens, atque Scholas Logicas & Politicas Dn. P. HEBENSTREIT. Mathematicas insuper Dn. Prof. HAMBERGERI. Historicas denique & epistolicas Beati Dn. D. SCHVBARTI decenti frequentavit industria. Quum verò Studium juris primaria ipsius erat scopus, non Celeberrimo saltem D. FLÖRIKIO assedit, unde prima elementa addidicit, verūm Præ-Nobilissimi atque Excellensissimi Dn. Consiliarii FRISII scholis sedulus interfuit, ac denique Illustri Domino WILDVOGELIO, Consiliario Saxo Isenaciensi intimo se addixit: ex quorum doctrinis in

INCOGITATA.

in jure Naturali Civili atque publico saluberrimam hau-
 sit informationem, ob eamque ad æternas agendas gra-
 tias, exhibendaque servitia, se ut obstrictum ita pro virili
 pronum profitetur. Trasactò sic quadrienniò integrò,
 revocatus utcunque à Dn. Parente domum, studia tamen
 Academica recoluit, juxtimque causas forenses, tam Paren-
 tum quām concivium, qui patrocinium ejus expetierunt
 peregit. Ex quo tamen, ut modò dicebamus, frater
 ipsius desideratissimus titulum Doctoris per mortem re-
 signavit, ne familia per hoc quid decebat, pronuper
 ad nos rediit, atque cogitationes de assumendo gradu
 aperuit, seque nostris examinibus submisit: Cui deside-
 rio ne deessemus, studia illius exploravimus, eumque
 in examinibus privatis deprehendimus tamē, qui ad
 publica ulteriora admittatur. Crastino igitur Lunæ die
 qui erit septimus Novembris, Lectione, quam dicimus
 cursoriâ, textum in l. 23. §. f. ff. de ProCur. interpretabitur.
 Cui solennitati ut Magnificus Dn. ProRector, Patresque
 Academici conscripti, nec non Facultatum omnium Do-
 ctores ac Cives cæteri, Generosi autem ac Nobilissimi
 Dn. Studioſi præ cæteris, ut actum hunc solennem præ-
 sentiâ suâ condecorare ne dedignentur, cum pollicita-
 tione reciprocorum officiorum, decenter invitati
 rogatique sunto. PP. Dom. XX. post
 Trin. d. 6. Novembr. MDCCVII.



B. 389

Jena, Diss., 1707 A-V
X 2396251

7022.
 ADRIANI BE
 PANDECTARVM PR
 PVBLICI ORDIN
 CVRIAEC PROVINCIALIS E
 ASSESSORIS
 COLLEGII JVRIDIC
 DECAN
 DE
INCOGITA
 PROGRAMMA INA
 PP. DOM. XX. POST TRIN. D. VI.
 JENÆ,
 LITERIS WERTHERI

FarbKarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

